UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Visual Library

ambientibus, quibus verſus planitiem vallum incumbit, alibi proclivitate montis, & ſolo muro tutum. Ubi excurrit in angulos, ſolidiſſimæ turres locantur, attamen duæ illæ quæ latus verſus Urbem defendiſſent, cœptæ quidem ſed perfectæ non ſunt, eo quod ibi à Civitatis vallo propugnari valeat, nec contrà Urbem, ſed hoſtem muniendum cenſuerint.

IV. *Moguntinus & Saxones hoc munimento offenſi.* Munitionem hanc ægerrimè tulerunt Moguntinus & Saxones, hi in æmulationem ſuæ domus arcem erigi, ille Juriſdictionem utramque lædi queritur: abactas moniales, extructum caſtellum, illud ſine ArchiEpiſcopo, hoc ſine Principis conſenſu fieri non debuiſſe. *MCCCCLXXXII. * Mox adfertur fama † Dietherum dyſenteriâ extinctum. (a Temperavit nuncii lætitiam, † quod Albertus ſucceſſor eſſet. *Dietherus moritur & ſuccedit Albertus. Erfurtenſiũ ab hoc metus.* Actum videbatur de Erfordiæ licentia, Patre in Saxonia, filio Moguntiæ imperitante. Sed nihil tam neceſſarium, quod decurſus temporis non dirimat. Interim humilitate potentiores mitigant Erfurtenſes, & ambiunt Ducem Wilhelmum Vinarienſem, fraternis friguſculis Erneſto ſæpè contrarium, ſimul Alberto omne obſequium per Legatos offerunt: *Deliniunt Albertum.* † multa hactenus contrà veterem neceſſitudinem inter filiam & matrem interceſſiſſe, nolle ſe defenſionem eorum ſuſcipere, ſed fateri, diſſidio inter Cæſarem & Dietherum, ſecutoque Sequeſtro

(a) Serarius *in Diethero & Adminiſtratore Alberto.*

ſtro in ArchiEpiſcopatus injuriam interdum ſe abuſos. Veniam mereri agnitionem erroris. Vellet Elector diem & locum indicare, ubi ſelectis Moguntiæ & Civitatis juribus avitam fidelitatem ſponderent. Albertus † Amerbacum ſuam Urbem in Sylvâ Ottonianâ ſitam nominat; adſunt Erfurtenſium Deputati. Elector Bertholdum Hennebergiæ Comitem, Cathedralis Eccleſiæ Decanum mittit. * Feliciter † omnis diſſenſio aboletur articulis concordiæ in publicum inſtrumentum redactis (a) Civitas Moguntinum pro vero Domino hæreditario, Sedem pro donatrice ſuorum privilegiorum agnoſcit, ſeq; ſecundum pacta & conſuetudines obtemperaturam, liberum Electorali judicio curſum, Eccleſiaſticam, & ArchiEpiſcopalium Officialium immunitatem intactam fore promittit. Gera fluvius Electorali Juriſdictioni immediatè relinquitur. Lanariis, piſtoribus, & cæteris, ne ullibi, niſi in tabernis Electoralibus venditent, mandatur. Viciſſim Elector privilegium de non retentando civem in cauſis civilibus per ArchiEpiſcopatum, & alia gratioſiſſimè concedit. Temeritatem verò muniti † Cyriaciburgi, & quod Diethero inſultaſſet, mulctâ quadragies mille florenorum Civitas luit, eâque demolitionem redimit. Dum hæc ita Moguntiæ & Amerbaci tractarentur, ſimul Vinariæ

Amerbaci tractatus indicuntur.

* MCCCCLXXXIII.

Concordata Alberti.

Erfurtenſes mulctantur

L cum

(a) *Extat in Archivis.*

Occultè ſimul cũ Saxonibus agunt Erfurtenſes.

Protectionẽ Saxonicam ſubeunt.

cum Saxonibus actum eſt. † Occultè ipſi adverſus Imperium, quod Amerbaci fatentur, ſe muniunt Erfurtenſes, fuſiſque ingentibus pecuniæ ſummis, & † promiſſis mille quingentis aureis in ſingulos annos protectionem Saxonicam emunt. Pacta hæc eodem die, quo Amerbacenſia ſubſcribuntur: idque aſtutè: nam ſi iſtis prius roborata, temerarius ille protectionem alienam ſubeundi auſus omnem concordiam cum Moguntia præpediiſſet, dilata verò protectio, poſteà reddita fuiſſet difficilior, Saxonibus alienos ſubditos, noviſſimè Domino conciliatos, in protectionem recipere non audentibus. Hac arte Moguntiam inter & Saxones invidia reſuſcitata, dum hi prætendebant, quod illa negabat.

Mogũtinus à legibus protectionis exceptus.

Exceperant tamen Principes † Pontificem Romanum, Cæſarem, & Moguntinos Electores, quod contrà illos Civitatem protegere nollent, hæc viciſſim auxilia Saxonibus promiſerat, eoſdem Mülhuſiam & Northuſiam à legibus fœderis eximens.

Ægrè tractatus cum Saxonibus fert Mogũtia.

Ægerrimè tulit hoc fœdus † Elector, ac paſſim de iniquitate rei conqueſtus: Civitas ut mitigaret culpam, legem hanc protectoriam non Urbem (a) ſed pagos ſolum Civitatis reſpicere prætendit, qui extrà eam hinc inde ſiti cujuſvis injuriæ paterent, hos adverſus violentiam protectione potentioris, & ergà ipſos protectores ſanctitate fœderis muniri de-

a) *Extant hujus excuſationis literæ.*

debuiſſe. Nihil hiſce apud Albertum age-
batur, † ſed cujus præmatura mors (a) *Albertus*
omnia invertit. *moritur.*

Poſt hanc priſtinos animos aſſumpſit V.
Erfordia, neceſſitudine Saxonum, & Mo-
guntiæ cum Alberto extinctâ, & ſtabilitâ
protectorio fœdere invidiâ. Nil Berthol-
do ſucceſſori de rerum agendarum peritiâ
deerat, noveratque jam technas Erfurten-
ſium ab Amerbacenſibus actis, quibus ab
Alberto fuerat præfectus. * Cum ad † col- * MCCCCL
lectas Imperii tertiam Electoratûs quotam XXXVII.
conferre nollent, ipſe Cæſareâ ſententiâ *Succeſſori*
coëgit. * Senatus civibus gravis omnis *Bertholdo*
generis onera adinvenit. Præcipuè pani *cum Erfur-*
& potui vectigal indixit, nec in molendi- *tenſ. lites.*
nis, niſi emptâ prius licentiâ, frumenta * MCCCC
admittebantur. Prohibuit Archiepiſcopi XC.
Sigillifer, ne Cleri molendina teſſeras Se-
natus attenderent, ſed cuicunque venien-
ti operam impertirentur. Petrenſis (b)
Abbas potiſſimum detrimenti paſſus,
vectionem braſii longo tempore intermi-
ſit.

Supererant † & cum Saxonibus tricæ: VI.
nec enim hos minus Erfordia quam Mo- *Lites Er-*
guntiam oderat, aut metuebat, hac jure *fordiæ cum*
illis potentiâ inviſis. * Igitur ut Saxo- *Saxonicis*
nes placaret, de controverſiis aliquibus *de re num-*
ſopiendis Vinariæ conventum eſt. Præ- *maria.*
L 2 cipu- *MCCCCX
CII.

(a) Serarius *in Alberto Adminiſtratore.*
(b) *MS. Chronicon Petr.*